Anno Domini M°CC°LXXVIII° Rex Bohemie fecit
sibi preparare multa opera ad expugnandum
municiones. Congregatoque exercitu multo circa c. 441.
festum penthecosten profectus est in Austriam.
Ibi castra et civitates expugnavit. Interim rex
Rudolfus mittens legatos ad regem Ungarie pro
auxilio. Cui rex Ungarie venit in adiutorium
cum quadraginta milibus Ungarorum. Hiis
peractis rex Rudolfus precepit expedicionem
fieri per totam terram (septem diebus) in campo quod dicitur
Dresingin. Sexta feria post Bartholomei utrobique
pariter inierunt ad pugnam. Et Ungari
prelium inchoaverunt castra invadentes Bohe-
morum. Et congresso prelio quidam[a] miles a) quidem C.
armis strennuus a rege Bohemorum ad hoc
specialiter conductus, ut regem Romanorum
sibi subiceret, ~~ipsum~~ ipsum[b] pre aliis notans, et equum, b) ipsum C.
cui insedit, audacter interfecit. Nam divina dis-
pensacione aliter quam conceperat evenit. Nam
quidam milites speciales sui vestientes eum
in alium equum et de instanti mortis periculo
eum eruerunt, et regibus sic dimicantibus,
Bohemi propter multitudinem primo victo-
riam obtinuerunt, et postmodum dispergentur
et occiduntur, et in fugam conversi insecuti
sunt per tria miliaria. Et rex Bohemie voluit
fugere in opidum Dresingen. Cui occurrens
quidam nobilis, ipsum regem agnoscens, voluit
captum secum ducere, et depositus ad terram,
deposita[c] galea, ut paululum respiraret. Tunc c) deposito C.
quidam dictus Kellermyster, cuius patrem c. 143.
interficere fecit, eum agnoscens, gladio gutture
eius transfodiens. Quod cum rex Rudolfus
percepisset, iussit tolli corpus eius et deduci
ad Wynam, deinde ad Bohemiam. Postea rex